



Hollandt comitatus Utricht episcop:

Kaart van Holland, Gerard Mercator, 1585 (1623)

<https://hdl.handle.net/1874/20406>



heminas in mulctralia singulas refundere. Ioannes etiam Benningus Consiliarius Curia Hollandicae referente Guicciardino certa observatione & minime fallente calculo ostendit, tantum Assendelphi, & quatuor vicinis pagis lactis uno anno e vaccis colligi, quantum e Germania superiore Rhenensis vini devehatur Durdrechtum. Ex hac Lactis optimi copia, butyrum conficiunt, non barbararum modo gentium, ut Plinius vult, sed Regum etiam & Principum cibum laudatissimum. Conficiunt etiam Caseos Parmensibus aut Placentinis nihilo inferiores. Primæ tribuuntur Tessalico & Gravelfandico, Secundæ Edamensis, quem imprimis vetustas commendat. Equos etiam generosos profert. In collibus arenarijs Cuniculorum innumeram multitudinem habet. Cervorum etiam Damarum & Leporum frequentiam, inque Hagiensi nemore Capreolorum greges; Avium quoque capturam quaestuosam, imprimis Anatum, Anserum, & autumnalibus mensibus Scolopacum, quas Smeppas vocant. Habet & cespitem fossitium qui ex intimis haustus terræ penetralibus, ipsisque adeo ex aquis eductus, ventoque & sole exsiccat, ad focos adhibetur. Hollandia olim suos reges habuit, quorum meminit Suctonius in Caligula cap. xlv. Verum Anno Christi 1000 ccc lxi a Carolo Calvo Francorum Rege in Comitatum redacta est, eique præfectus est Theodorus, e regio stemmate ortus. Patri Theodoro successit Theodorus Filius, huic Arnoldus, Arnaldo Theodoricus, atque huic alij ex ordine, quorum seriem apud Munsterum & alios habes. Bellica olim gloria clari admodum fuerunt. Hoc enim præsidio cum fide conjuncto in fraternitatem Imperij Romani accepti sunt Batavi. Hac Duce benevolentiam sibi apud Principes constabilerunt, & stabilem sui fiduciam plerisque illorum Tyrannis imprefserunt. Per hanc vulgo formidabiles, invictæ virtutis opinionem acquisiverunt. Per hanc denique vera laudis imagine conspicui esse ambierunt. Vrbes Hollandiæ: Durdrechtum, vulgo parum scite Dordracum, idem sonat quod Dureti Forum. Drechtum enim antiquis Batavis Forum est. Facies Vrbs oblonga exit ad modum triremis: ipsa opulenta & copiosa, imo eorum omnium quæ in annonæ reique alimentariæ usum venire atque expediti possunt, locuples quoddam penu est; Fluminibus, vadoso Mari, stagnisque incredibilem Piscium Volucrumque foeturam & copiam subministrantibus. Non autem nunc qualis initio fuit, urbis facies. Anno enim c10 ccccx1 atroci & miseranda tempestate disiectis ac disruptis aggeribus avulsa est a continente, submersis duobus & septuaginta pagis cum centum prope Mortalium millibus. Quam rem Chronologico versu complexus est Iunius.

Imperium Majorum

Majorum virus.

Vrbes

DVRDRECHTO INCVRVIT VIS ATROX INCITAVENTIS, VRBS QVA DISSILVIT PROTINVS HAVSTA MARI.

Vrbs hæc totius Hollandiæ est primaria. Ius habet sistendi & retrahendi ad se Merces exoticas: quæcumque secundo Anni importantur, ut nimirum eo loco stabulentur ac conqueant, donec vendita sint: & inde rursum non alijs quam popularibus navigijs alio devehantur. Hoc privilegium a Stabulo vocant Stapulam. Harlemum amplitudine urbis ædificiorum cultu, situs amenitate nobile est. Templum habet totius Hollandiæ pulcherrimum summissimis innixum columnis, foro imminens. Vrbs Sparnus interlabitur. Exstructa creditur a Frisij, circiter annum 1011. Huic urbi inventæ typographicae artis gloria debetur. Est & altera hujus urbis gloria, capti novo consilio Pelusij, quam Damiatam vocant, ejus rei symbolum habet, nolas binas ex ære Corinthio quæ a re Damiatæ appellantur. Delphi nomen habentes a Fossa, Batavis Delf, ducta a Mosa ad Vrbs usque: opus est Gotsfredi Lotharingi cognomento gibberosi, qui non absque manifesta tyrannidis nota Hollandiam fere quadriennium possedit, & navali demum prelio a Theuderico V legitimo Principe superatus in Mosa, imperium injusto titulo occupatum amisit. Coquitur in hac urbe Cerevisia post Britannicam optima. Anno c10 1000, v Nonas Maij, ignis nato ex favillis forte incendio, luctuosam & funestam urbis faciem reddidit, absunta deformataque pleraque Vrbs parte: ex quo incendio postea pulchrior emicuit. Leida Ptol. Lugdunum Batavorum, Antonino Caput Germaniarum: Extrita enim Latina terminatione est Lugdun ex quo nostrum Leyden & Leyen. Sita est urbs ad medium Rheni Ostium, Plin. & Ptol. nominatum, ad quod Castellæ Romanorum exstructa, quæ postea pro horreis fuerunt. Sustinuit hæc Anno c10 1000 in gravem, & calamitosam obsidionem, sed pulsus hostibus divina ope & aquarum stagnantium vi, liberata est. Academiæ privilegio est exornata. Amstelodamum nobilissimum hodie totius Orbis Emporium ab Amne Amstelæ nomen habet, paucis initio piscatorum tugurijs habitatum, jurisdictionis fuit Dominorum Amsteliorum, Gothos & Giselbertus Amstelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communiri propugnaculis, portis ac turribus fecit: quibus per invidiam vicinorum confagratis, muro cingi coepit anno c10 cccc lxxx1. Ex eo perpetuo aucta & Hollandici juris fuit. Nunc vero non Hollandiæ solum, sed omnium vicinarum regionum ad Sarmatas usque, Gothos & Cimbroi juris est. In hac urbe stabulantur non solum Itali, Hispani, Lusitani, Britanni, Scoti, Galli, Sarmatæ, Cimabri, Sueci, Norvagi, Livones, Germani, sed etiam Indi Americani, Orientales, Mauri, alijque ex omnibus pene Orbis plagis. Gouda Cimbrica voce Gow nomen habet, quæ & fossam & aggerem fossæ oppositum denotat. Sita ad Iselam non illam quidem superiorem in quam Rhenus Drusiano divertigio sese exonerat, nam is Isala est; sed ad Inferiorem, quæ ex medio Rheni alveo ducta per Trajectenses, Iselsteinium, Montfortium, Oudewateram leniter fluens, mediam urbem fecat copiosam & rebus omnibus adfluentem. Naerdenum opidum est Chaucorum (Goylanders nostri dicunt) a Goedela Altenatis cœnobij antistite: cui ab Ottone Imperatore regio ista donata fuit: a qua transit in Hollandi Principis jus. Muda ad Vectæ annis ostium sita, incolas habet piscatores Wesopum hinc muro cingitur, inde Vecta alluitur. Edificia habet pro loci conditione satis splendida. Opidani cerevisiam coquunt, propter bonitatem per universam Hollandiam expetitam. Edamum Majoribus Ydamum ab Ta vel Yda fluente: Monachodamum milliari uno distans Edamo Purmerenda ad Lacum Purmerum piscosum & spatiosum sita: Almeria, vulgo Alcmaria, nomen habet a lacubus quibus undique cingitur, ac si dicas Al-meer Enchusa dicta est ab ædium raritate quasi Enckelbusen. Opidum elegans, natura loci munitum, in extremo terræ margine ad mare situm: nobile nunc longinquis navigationibus, & arte Salem excoquendi. Horna a sinuoso & instar cornu inflexo portu nomen habens. Medemblicum municipium maritimum. Horna 11 Milliariibus distans. Sunt & Roterodamum Erasmi patria. Woerdenum, Schoonhorvia, ac multa alia Opida, atque etiam Municipia, inter quæ primaria est Haga Comitit in quo & Sanctiori Principis Ordinumque Consilio locus, & forum litibus solvendis dicatum est.

Episcopatus Vltra-jectinus. Vrbs & Opida.

Nunc de Episcopatu Vltrajectino pauca subjiciamus. Trajectum quondam Antonia, nunc Vtrecht dicitur. Id Iunius ex eo factum putat, quod ibi quintæ tricesimæ legionis stativa essent. Itaque quum imperitum vulgus legeret V. TRIC. LEG. STAT. fecit ex eo VTRIC, quod postea abijt in Vtrecht. Templum in hac urbe permulta sunt, primaria vero quinque. Inter opida vero quæ Vltrajectinæ provinciæ subdita sunt, primum occurrit Batavodurum ad Rheni elicem Leccam, cujus mentionem Tacitus facit lib. v. Histor. postea vero nomen habuit Durostati, incolis Wijck te Durstede; Vrbs fuit potens & opibus florens: Grinnes, opidulum est 1111 a Trajecto milliari ad Rhenum, Tacito non indictum. Amerfordia a trajectu Amifi d. dicitur, (vulgo Eems) & Montfortium ad Iselæ flu. ripam.

3465

Com. Egmont 25 51. 52 44. Com. Ligne cuius sunt Dominia, Wassenar 25 38. 52 15. Valckenborch 25 40. 52 18. & Vice-comitatus Leidenis civitatis. Invenio & hos Comitatus in Hollandia. Maesland 25 30. 52 2. Texel 25 55. 53 13. Goylande 26 27. 52 20. Kennemerlant 25 55. 52 45. Steenberge 25 33. 51 39. Dom & Baron Bredode 25 52. 52 34. cuius est & dominium Vianen 26 25. 52 4. Baronatus de Lijsselt. Invenio & inter Baronatus in Chronico Hollandia numerari hæc dominia. Lecke, Sevenberghen 25 52. 51 32. Voorn 25 25. 51 56. Iffeltstein 26 21. 52 6. Stryen 25 42. 51 49. Teylinghen 25 45. 52 21. Puttem 25 38. 51 55. Haerlem 25 53. 52 31. Leerdam 26 25. 58 58. Asperen 26 27. 51 57. Arckel 26 19. 51 55. Altena 25 35. 52 6. Botterloet. Poelgeest 25 51. 52 14. Polanen, Lockorft, Assendelst 46 0. 52 35. Waermont 25 45. 52 19. Sparwoude 25 57. 52 32. Matenes 25 40. 52 0. Schooten 25 54. 52 33. Noortwijck 25 41. 52 21. Verdoes, forte Does 25 48. 52 15. Myne van Amstel, Spangen 25 40. 52 1. Alkemade 25 44. 52 17. Benthuysen, Kenenborch 25 34. 52 4. Raaphorst 25 39. 52 14. Sweten 25 47. 52 14. Heemskercke 25 55. 52 39. Ruwen 25 41. 51 57. Duyn & Sprangen. Sunt præterea & hæc in hollandia dominia, Hoedsen, Oudhuysden, 26 27. 51 46. Papendrecht, Wijngaerden, Ghissenborch, Ameyde 26 17. 52 2. Woerden 26 10. 52 11. Water-landt 26 2. 52 38. Schaghen 26 0. 52 56. Purmerende 26 11. 53 0. Gonde 25 58. 52 6. Naeldi Wijck 25 28. 52 5. Rijswijck 25 35. 52 9. Schoonhoven, Wateringen 25 31. 52 7. Soetermeer 25 45. 52 9. Heemstede 25 53. 52 29. Heichtwoude 26 8. 52 51. Merwen 25 59. 51 54. Haestrecht 26 2. 52 5. Dalen, Spijck, Hardinxvelt, Baradwijck, Wijck. Dordrecht, alias Dori, Metropolis totius Meridionalis Hollandia, habet Prætozem & Magistratum, cui civis parent, & Balivum cui exterius territorium, tam in civilibus, quàm in criminalibus Haerlem Prætozem & Magistratum domi habet: Ruri, Balivum qui civilibus & criminalibus præsumt. Delft Prætozem & Magistratum pro civibus, Balivum pro Rusticis, habet, in civilibus & criminalibus jurisdictionem habentes. Leyden, Prætozem & Magistratum intus, foris Balivus præsumt, qui in civilibus & criminalibus jurisdictionem habent. Amsterdam intus Prætozem & Magistratum, ruri Balivum habet, qui civilia & criminalia judicant. Gonde, Prætozem & Magistratum habet pro civibus & incolis, Balivum quoque & arcis Præfectum.

Primus ordo sunt Equites aurati (Rider heren vocat) quorum præcipui sunt.

II est Dominorum, quorum qui nomine Statuum in Haga Comitit comparere solent, sunt hi præcipue.

III Ordo sunt sex magna civitates quæ nomine omnium Hagæ vocantur.

Trajectensis ditio per se statum habet 111 membris constantem;

Jurisdicctio. Ex omnibus diæcesibus juridicis prima instantia provocatur ad consilium provinciale in Hagam Comitit 25 32 52 11 urbi summa est Hollandia Jurisdicctio, & Comitit Consilium. Inde ad magnum Consilium Mechlinicæ sit appellatio. Est & in Vtrecht Parliamentum, unde appellatio nulla sit: sed solum ab iisdem revisto. Status Ecclesiasticus. Totæ Hollandia in spiritualibus subest Episcopo Trajectensi in Vtrecht sedem habenti. Hac partim ex Ludovico Guicciardino, partim ex vulgari Chronico primum collecta sunt. Deinde a clarissimo D. Godefrido a Muisenbroeck, Consiliario Hollandia: & Michaelæ ab Iffelt Amerfortio recognita. Meridionalem Hollandiam, quia hac tabula comprehendere non potui, in Zelandia tabula invenies, in quaciam aliquot loca hic signata sunt quærenda.



HOLLANDIÆ nomen a Silvarum saltuumque frequentia quidam ducunt, lignum enim & Silvam promiscue Holt & Hout vocamus, ut Hollandt sonet, regionem silvestrem: omnia enim arbutis olim inhoruisse referta prædicant, toto quaqua patet Hollandiæ tractu. Alij a cavitate dictam putant, quasi Hol-lant. Est enim universa regio palustris ac pedum pulsu vacillans. Alij a sceno Hollandiam quasi Hoylandiam nominatam arbitrantur. At eruditissimus Iunius aliam sententiam indicat, Hollandiam Gothicæ Danicæ gentis coloniam esse, ut & Zelandiam, Danosque & Normannos desertis in Codano sinu insulis Hollandiæ Zelandiæque in hæc loca migrasse, & a sua patria Hollandiam Zelandiamque cognominasse. Eam a plaga mundi Occidua Britannicum mare, a Septentrione Cimbricum ambit & littora pulsata, ab Ortu Solis fretum amplum Frisiam procul aperit, ad Euronotum Transisclana & Velavia, ad Austrum Trajectina ditio obtunduntur. Ambitus ejus ad lx milliaria extenditur. Latitudo perexigua est, quandoquidem e medirullio ejus creditur viatori patere aditus ad extremos ipsius fines in latum trium horarum spatio, vel etiam hinc ad Oceanum, illinc ad maris sinum, est, ubi latitudo non æquat milliaria. Habet regio ista agros frugiferos, ac luxuriosos & opimo Frumento supra modum satentes, sed qui tantillo in spatio & in regione, qua vix populosiorem invenias ad suppeditandam tantæ multitudini alimoniam sint impares. Sed pascuorum ubertas summa est: qua Boum alit armenta infinita: Vaccas quoque corporum vastitate, lactis copia, eximias. Constat sane, aliquibus Hollandiæ partibus boves æstivis diebus, quatuor & quadraginta lactis heminas

Regio undè dicta. Sicut. Solum fertilitas. Animalium varietas.

VVVV